

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3050

Auteur(s) : Coutances (official)

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1286, 7 novembre

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Lettre de l'official de Coutances enregistrant un contrat de louage de service et de delaissance, par lequel Gilbert de Poliers, de l'île de Guernesey, entre au service du Prieur du Valle et transfère et cède aux moines de St Michel tous ses biens meubles présents et futurs, ainsi que 10 quartiers de froment de rente annuelle (mesure du Valle), à condition que ses aliments lui soient fournis audit Prieuré et que quatre livres tournois lui soient payées annuellement pour ses habillements. Réserve est faite de 20 livres tournois desdits biens meubles dont il aura le droit de disposer par testament à sa mort. Il est stipulé cependant que si les moines désirent dispenser de ses services, il recevra chaque année à la St Michel sa vie durant la somme de dix livres tournois, mais les moines retiendront ses meubles et héritages, sujet toujours à la condition qu'il peut tester de 20 livres tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 124, p. 193-195.

Texte établi d'après a

Universis h. visuris officialis Constantiensis salutem in Domino. Notum facimus quod in jure coram nobis presens Gislebertus de Poliers de insula Gernerroii confessus est quod ipse se et omnia bona sua mobilia presentia et futura contulit viris religiosis abbatii et conventui monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris dictoque monasterio necnon decem quarteria frumenti anni redditus ad mensuram Wallie que dictis religiosis tenetur in eorum feodo dicti loci sufficienter assignare ita quod victum suum habebit in eorum prioratu de Vallia competent. et quatuor lib. turon. a priore loci ejusdem qui pro tempore fuerit ad festum Sancti Michaelis in Septembri anno quolibet pro vestitu dictisque religiosis et suo priori de Wallia serviet bene et fideliter in eorum servitio et in suis agendis licitis et honestis claves ejusdem prioris deferendo eundoque non pedes tamen ad sua negocia et ea fideliter et utiliter gerendo prout idem prior sibi preceperit voluerit et viderit expedire sive efficio garcionis et habebit viginti lib. tur. de dictis bonis mobilibus ad suum testamentum seu voluntatem suam faciend. in extremis dictisque religiosis residuum dictorum bonorum mobilium et quicquid acquisivit in immobilibus post Nativitatem Sancti Johannis Baptiste ultimo preteritam et acquiret de cetero tam in bonis mobilibus quam immobilibus quorum tamen bonorum omnium administrationem habebit liberam quandiu vixerit sine contradictione et impedimento alicujus post ejus decessum pacifice remanebit. Ita tamen quod si dictis religiosis seu eorum priori predicto non placeret eundem Guislebertum in eodem prioratu esse vel manere cum eodem priore et ei servire ipse per manum dicti prioris pro omnibus perciperet singulis annis quamdui viveret decem lib. tur. ad festum Sancti Mich. in septembri rata manente nichilominus predicta collatione suorum bonorum omnium mobilium et decem quarteriorum frumenti predictorum et omnium bonorum mobilium et immobilium ab eodem acquirendorum de cetero quoquo modo

exceptis viginti lib. supradictis ab eodem retentis ad suam voluntatem seu testamentum faciend. in extremis nec aliquid de bonis predictis acquisitis et habitis acquirendis et habendis in fraudem dictorum religiosorum dabit distrahet nec aliquatenus alienabit se cum suis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris dictis religiosis ad hec specialiter obligando renuncians super h. exceptioni doli mali deceptionis ultra medietatem justi precii et omni alii juris et facti canonici et civilis. De premissis omnibus et singulis dictis religiosis et suo priori predicto ac successoribus suis fideliter tenendis et adimplendis et de non veniendo contra premissa vel eorum alterum de cetero ullo modo ab eodem Guisleberto spontaneo corporaliter prestito sacramento. Et nos ipsum Guislebertum presentem volentem et consentientem ad hec omnia et singula tenenda et adimplenda dictis religiosis nomine suo et sui monasterii condempnamus. Actum cum Hamelino de Fenillo cavente de rato pro dictis religiosis ad penam unius marche argenti anno domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto die jovis post festum Sanctorum omnium.